1428

quibusuis Dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea ultra proximos Officij praefati Castrensis Capitanealis Prs. misliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes, earumque prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel duplicatis, euasionibus suspensionibus, Sabaliqque suis praescriptione Terrestri bello Conuentioneque ac alijs quibusuis iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis euadendo, hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante

Machowicz et Bitomski mutuo sese Quietant:

Comparentes personaliter coram Officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Nles Felicianus Machowicz de Palni Seuerensi ab una et Alexander Bytomski de magna Bytom parte ab altera, sani mentibus et corporibus existentes

a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusvis proximis et competentibus recedendo, quod vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generalr omnibus totalr et plenarie incorporando atq subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum suo pro interesse seorsim recognovit. Quia ipsi se et mutuo et invicem ac posteros suos, de omnibus Contractibus interveniis, Scriptis manualibus, membranis, Chyrographis, Syngraphis, earumq Roborationibus coram quibuscunq Actis factis et Recognitis, item de quibusvis Injuriis damnis et praetensionibus ex quacunq causa et occasione inter se Recognntes ad diem hodiernam intervenientibus, nec non de quibusvis debitis summisq pecuniarijs per partem parti modo quocunq et Iuris titulo inscriptis et assecuratis ob

Extrano

praestitam sibi ab utrinqꝫ, pro praemissis omnibus realem et effectivam Satisfactionem, quietant emitt unt dimittunt, liberosq et absolutos perpetuo faciunt Contractus, Intercisas, Scripta quaevis manualia, Syngraphas, Chyrographas ratione quarumvis Conditionum et Ligamentorum inter partes Conscripta, cocnendq Contractuum et Intercisarum, Roborationes, item, Inscriptiones quasvis Debitoreas, super quasvis Summas per partem parti, ab utrinqꝫ sive Coniunctim, sive divisim recognitas, nec non Protestationes Citationes ratione quarumcunq iniuriarum damnorum et praetensionum contra se ab utrinqꝫ factas, cassant mortificant et annihilant ac quibusvis Decretis sive in Contumaciam, sive ex serie controversijs prolatis, recedunt sibi suisq posteris ratione praemissorum omnium perpetuum et aeternum imponendo Silentium, Officijs suis Recognitionibus ad praemissa omnia mediantibus.

Gorzycka